

CERTIFICAZIONE della LINGUA LATINA – Trento. 2025/2026. LIVELLO A

(*De bello gallico*, II, 25)

1. Caesar ab decimae legionis **cohortatione** [*co- (cum) + hortor*] ad dextrum cornu profectus, ubi suos urgeri signisque in unum locum conlatis duodecimae legionis confertos milites sibi ipsos ad pugnam esse impedimento vidit, 2. quartae cohortis omnibus centurionibus occisis **signiferoque interfecto** signo amisso, reliquarum cohortium omnibus fere centurionibus aut vulneratis aut occisis, in his primipilo P. Sextio Baculo, fortissimo viro, multis gravibusque vulneribus confecto, **ut** iam se sustinere non posset, reliquos esse tardiores et non nullos ab novissimis desertores proelio excedere ac tela vitare, hostes neque a fronte ex inferiore loco **subeuntes** intermittere et ab utroque latere instare et rem esse in angusto vidit neque ullum esse subsidium, quod submitti posset: 3. scuto ab novissimis **uni militi** detracto, **quod** ipse eo sine scuto venerat, in primam aciem processit centurionibusque **nominatim** appellatis reliquos cohortatus milites signa inferre et manipulos laxare iussit, quo facilius **gladiis** uti possent. 4. Cuius adventu spe inlata militibus ac redintegrato animo, cum pro se quisque in conspectu imperatoris etiam in extremis suis rebus operam navare cuperet, paulum hostium impetus tardatus est.

NB: I numeri fra parentesi non si riferiscono al numero di riga del testo, ma alla frase/proposizione cui il termine appartiene.

1. Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto SOLTANTO 6 fra le 12 parole elencate qui sotto, indicando soltanto la lettera MAIUSCOLA corrispondente nello spazio bianco senza altri caratteri (per es. scrivendo la lettera maiuscola A, senza virgolette o punti, nello spazio in cui si volesse inserire “difficultati”).

A. difficultati — B. hostium — C. hostibus — D. ut — E. rex — F. imperator — G. difficultate — H. retardata — I. sit — L. retardatus — M. quamquam — N. esset

Cum Caesar ad dextrum cornu profectus (**N: esset**), duodecimam legionem premi et in magna (**G: difficultate**) esse vidit, multis centurionibus aut occisis aut vulneratis et signo amisso. Hostes undique instabant, et nullum subsidium supererat. Tunc (**F: imperator**), scuto detracto, in primam aciem processit. Centuriones appellavit ac reliquos milites cohortatus est (**D: ut**) signa inferrent et manipulos laxarent, quo facilius gladiis pugnarent. Hoc facto, militibus spe ac animo redintegrato, (**B: hostium**) vis paulum (**H: retardata**) est.

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e stabilisci se sono vere o false (6 punti)

- A) Duodecimae legionis milites in unum locum signa contulerant. **Vero**
- B) Primipilus P. Sextius Baculus occisus est ab hostibus. **Falso**
- C) Caesaris adventu hostes ab acie statim recesserunt. **Falso**
- D) Caesaris milites scutis et gladiis pugnabant. **Vero**
- E) Caesar suis manipulos stringere iussit. **Falso**
- F) Caesaris adventus militibus spem et fortitudinem restituit. **Vero**

3. Scegli la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano (8 punti)

A) P. Sextius Baculus fuit

1) imperator Romanorum

2) rex Romanorum

3) dux hostium

4) **primipilus Romanorum**

B) P. Sextius Baculus acceperat

1) mortale vulnus

2) **multa vulnera**

3) hostes in deditionem

4) pauca vulnera

C) Caesar

1) **uni militi scutum abstulit**

2) ab acie recessit

3) ad decimam legionem revertit

4) uni militi suum scutum porrexit

D) In conspectu imperatoris, milites

- 1) ab acie recedebant
- 2) auxilia petebant
- 3) ad deditionem compellebantur
- 4) **acriter pugnabant**

E) Quomodo milites Caesaris adventui responderunt?

- 1) **animo et virtute**
- 2) metu crescenti
- 3) fuga quaerenda
- 4) pauca laetitia

F) Caesar

- 1) scutum amiserat
- 2) sine gladio venerat
- 3) **sine scuto venerat**
- 4) fugam petebat

G) Unde centuriones, quos Caesar “desertores” vocat, adveniunt?

- 1) **ab novissimis aciebus**
- 2) ex prima acie
- 3) ex castris
- 4) ex equitum alis

H) Quid modice retardavit impetum hostium?

- 1) metus et desperatio
- 2) militum impedimentum
- 3) **spes ac renovatus militum animus**

4) ductor hostium

4. Scegli la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano (8 punti):

A) *cohortatione* (1) è un sostantivo femminile della

1) IV declinazione

2) I declinazione

3) II declinazione

4) III declinazione

B) *signifero interfecto* (2) è

1) un complemento predicativo del soggetto

2) un'apposizione

3) un ablativo assoluto

4) un ablativo del gerundio

C) *multis gravibusque... ut* (2) introduce una proposizione

1) consecutiva

2) completiva

3) dichiarativa

4) finale

D) *subeuntes* (2) è un

1) imperfetto congiuntivo

2) participio presente

3) perfetto congiuntivo

4) participio passato

E) *uni militi* (3) è un

1) dativo

- 2) nominativo
- 3) genitivo
- 4) ablativo

F) *quod* (3) è una congiunzione con valore

- 1) finale
- 2) causale**
- 3) concessivo
- 4) dichiarativo

G) *nominatim* (3) è

- 1) un sostantivo maschile
- 2) un presente congiuntivo
- 3) un avverbio**
- 4) un aggettivo numerale

H) *gladiis* (3) è

- 1) un complemento di modo
- 2) un complemento di materia
- 3) un complemento di qualità
- 4) un complemento di mezzo**

5. Trasforma le seguenti proposizioni adattandone la sintassi alla nuova forma suggerita sotto ogni rispettiva proposizione. Il contesto sintattico originario va tenuto in considerazione nell'elaborazione della risposta corretta. Il paragrafo da cui le proposizioni sono tratte è indicato fra parentesi alla fine di ogni proposizione. La nuova forma verbale deve essere corretta grammaticalmente e va digitata correttamente senza errori tipografici per poter essere considerata valida. Nel caso di verbi perifrastici con forme del verbo *sum*, questo va collocato in ultima posizione.

Esempio:

Proposizione originale: Interim invasit Alboinus Italiam totam

Nuova proposizione suggerita: Interim Italia tota ab Alboino _____

Risposta corretta: Interim Italia tota ab Alboino invasa est

1) COMANDO: trasforma la proposizione infinitiva in proposizione relativa

(Caesar) ubi suos urgeri [...] vidit (1).

> Caesar vidit suos qui.... (**urgebantur / ursi sunt**) ab hostibus.

[usa: urgeo, -es, ursi, ěre = pressare, incalzare]

2) COMANDO: trasforma la costruzione con il participio in cum narrativo

Scuto ab novissimis uni militi detracto [...] in primam aciem processit (3).

> Cum scutum ab novissimis uni militi..... (**detractum esset**) [...] in primam aciem processit.

[usa: detraho, -is, detraxi, detractum, -ěre = sottrarre]

3) COMANDO: trasforma le proposizioni infinitive in proposizione relativa

Signa inferre et manipulos laxare iussit (3).

Iussit milites qui signa (**inferrent**) et manipulos (**laxarent**).

[usa: *infero, infero, intuli, illatum, inferre* = portare avanti]

[*laxo, -as, -avi, -atum, -are* = allargare]

4) COMANDO: trasforma la proposizione subordinata finale implicita con una subordinata finale esplicita

[...] iussit, quo facilius gladiis uti possent (3).

> iussit ut milites facilius gladiis..... (**uterentur**).

[usa: *utor, -eris, usus sum, uti* = usare + abl.]